



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Quid ... ?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

LIBER PRIMUS. 119

varie exponunt viri eruditissimi.

XI. Εἰν ἀνθρώποις εὐδοκία, nihil aliud est quam Dei beneplacitum ad hominum salutem. Est hæc Dei erga homines propensa voluntas, ut non omnes à sua communiōne velit exclusos, sed quosdam æternam salutem consequi. Hinc *προάρισε ἡμᾶς εἰς ὁδοσίαν Δαὶ Ἰησοῦ* Ephes. 1.5. *χριστοῦ εἰς αὐτὸν, καὶ τὴν εὐδοκίαν ἦν θελήματι αὐτοῦ.* Hanc εὐδοκίαν quidem statim hominibus indicavit post admissum peccatum, & patribus tum per sacrificia & multas alias umbras legales, tum per Prophetas confirmavit, exhibere vero cæpit cum Christus nasceretur. Hoc enim signum erat certissimum *τὸ εἶν ἀνθρώποις εὐδοκίας,* quia jam in mundo is nascebatur, qui perficeret opus salutis. Quare & *Isaias* cum describeret felicia tempora, quæ per Messiaë adventum hominibus illucerent, ipsum loquentem introducit. *Spiritus domini Jehovæ super me est, quia Jehova me unxit, ad Evangelium nunciandum mansuetis, misit me ad obligandum confractos corde, ad prædicandum abductis in captivitatem liber-*

Ephes. 1.5.

Ies. 61. 1. 2.

ber-

bertatem, & vinctis acutum visum.  
Ad prædicandum annum beneplaciti,  
Jehovæ.

XII. Hanc ἐν ἀνθρώποις εὐδοκίαν  
Angeli prædicant esse δόξαν ἐν ὑψίστοις  
Θεῶν, h. e. Deum in cœlis propter  
tam propensam ergo homines vo-  
luntatem celebrari. Optime mo-  
nuerunt viri eruditissimi, hæc ver-  
ba non ita capienda esse, ut signi-  
ficent, *Gloria Deo qui est in cœlis,*  
quasi scriptum esset τῷ ἐν ὑψίστοις,  
sed *gloria in cœlis Deo,* ut notent  
Deum in cœlis celebrari. Etenim  
ἐν ἡμέραις terræ id sat luculenter  
ostendit. In cœlo autem propter  
ἐν ἀνθρώποις εὐδοκίαν Deo gloriam  
dant non Angeli tantum, verum  
etiam πνεύματι δικαίων τετελειωμένων.  
Vide quam divine id Johanni osten-  
datur in sua Apocalypsi, qui, ubi  
agnus veluti mactatus librum sep-  
tem sigillis clausum accepisset,  
vidit quatuor animalia, & viginti  
quatuor presbyteros procidentes  
coram agno, & canentes canti-  
cum novum, in quo Deo qui in  
Throno sedebat, & agno, dabant  
honorem & gloriam propter ἡν  
δόξαν, quæ causa fuit perficiendæ  
salutis.

Beza ad  
h. l. & alii.

Hebr. 12:  
23.

Apoc. 5.  
9. 10. 13.

XIII. Ad-